

tempore valiturum presens privilegium per manus Benedicti notarii et fidelis nostri scribi et maiestatis nostre sigillo iussimus roborari, anno, mense et indictione subscriptis.

Data in urbe felici Panormi per manus Gualterii de Palearea regni Sicilie cancellarii anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo octavo, mense iulii, undecime indictionis, regni vero domini nostri Frederici dei gratia illustrissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue anno undecimo, feliciter amen.

III.

König Friedrich bestätigt dem Abt Matthäus, seinen Nachfolgern und dem Kloster S. Giovanni in Fiore namentlich genannte Besitzungen und Rechte.

1210 Mai, Messina

Matera, Biblioteca Provinciale, Ms. 21/II (Venusio II), fol. 31^r–32^r (M).

Drucke: –

Regesten: Baraut, S. 248 Nr. 13; BZ 119 (ohne Monats- und Ortsangabe).

+ In nomine dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi, amen. Fredericus divina favente clementia rex Siciliae, ducatus Apuliae et principatus Capuae. Quotiens innatae nobis pietatis beneficium in ecclesiarum augmentum a nostrae maiestatis munificentia misericorditer erogatur, divino nutui credimus respondere, cuius dispensatione et regni nostri gubernacula solidantur et regiae serenitatis titulus multipliciter decoratur; regiae namque liberalitatis munus vestris religiosis ac ecclesiarum suffragiis clementer exhibitum eo amplius regem decorat et regnum, quo fuerit devotius elargitum. Inde est, quod nos attendentes religionem, honestatem et devotionem, quam tu, Mathee venerabilis abbas, et conventus Floris erga celsitudinem nostram habuistis pariter et habetis, considerantes etiam dapna^{a)} plurima^{b)} et dispendia, quae propter temporis turbationem sustinuistis, pro rimedio^{a)} animarum parentum nostrorum divae memoriae necnon et pro salute nostra de nostre liberalitatis munificentia concedimus et confirmamus in perpetuum tibi et successoribus tuis et monasterio tuo sancti Ioannis de Flore culturam Berani, quae est in tenimento Monticini, iuxta tenorem privilegii a nostra dudum maiestate inde vobis et monasterio Floris indulti. Conce-

III. a) M

b) übergeschrieben über getilgtem Wort M